

C
KJA56
.C3
1738
v.1
c.1

E H 3-6476

Databoek 1^e de 1^e Sectorie



1080043372

(03)

3 X 8

Missⁿ de S^r Antonio Valero

D. ÆGIDI
-DE CASTEJON,-
ALCANTARENsis
ORDINIS EQUITIS,
ALPHABETUM
JURIDICUM,

Duobus Tomis Distributum.

300
23546

D. ÆGIDII
DE CASTEJON,
ALCANTARENSIS
ORDINIS EQUITIS,

POTENTISSIMI HISPANIARUM

Regis CAROLI II. à Consiliis in Supremis Castellæ
& Belli Senatibus.

OLIM APUD SALMANTICENSES COLLEGII VETERIS
D. Bartholomæi Alumni, & Primariæ Pontificiū Juris Cathedræ substituti Interpretis:

ALPHABETUM
JURIDICUM,
CANONICUM, CIVILE, THEORICUM, PRACTICUM,
MORALE, ATQUE POLITICUM.

TOMUS PRIMUS.

Quæ in hoc Opere contineantur, Vocabulorum Elenchus utriusque Volumini
præfixus indicat.

EDITIO NOVA, DILIGENTIUS RECOGNITA, ET MULTO AUCTIOR.



54795



Capilla Alfonsoina
Biblioteca Universitaria


COLONIÆ,
Sumptibus FRATRUM DE TOURNES.

M. DCC. XXXVIII.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

ALB. 100. LIBRARIA CONSUL
OVS 14. 10. 1843. 238

†
DEIPARÆ VIRGINI
MARIAE,
DEI PATRIS FILIAE,
DEI FILII MATRI,
SPIRITUS SANCTI SPONSÆ,
ET TOTIUS SANCTISSIMÆ TRINITATIS TEMPLO;
SUB INVOCATIONE VIRGINIS MIRACULORUM,
Vulgò *NUESTRA SEÑORA DE LOS MILAGROS*,
Gracuri cultæ, semperque venerandæ:
DOMINÆ AC TUTELARI SUÆ,
Ejusque Conceptioni, à primo Conceptionis instanti, Immaculata;
HUMILIS DEVOTUS SUUS, LICET INDIGNUS,
ÆGIDIUS DE CASTEJON
DICAT, VOVET, ATQUE CONSECRAT.





BIBLIOPOLÆ LECTORI

in hanc novam Editionem.



Uanta fuerit in hocce componendo Opere *Illustrissimi Casteljonis* accuratio; nemo est, judicio nostro, vel Juris, vel alterius Scientiæ intelligens, qui illud ignoret. Et quidem multiplex est illius Dictionarii dos; sed eam hic laudare renuimus, super ea stantes lubentissimè prudenti *LECTORIS* judicio: quod cùm ita sit, ipsarummet materiarum tam Civilium, quam Canon. &c. Collectionem iterum prælo subjecere nobis in animo fuit: Verùm ad altiora conversi, seu in Orbis Litterarii utilitatem atque commodum acriter incumbentes, id ipsum Opus, quod nimis breve iustis rerum æstimatoribus visum est, infinitis locupletavimus articulis, multaque alia huic adjecimus quæ eandem materiam pertractant. In his tamen conficiendis, *Lector Benevolè & Optime*, ea semper fuit cura nostra, ut eandem quam secutus est Auctor, methodum adhibuerimus; eam videlicet quæ Doctoribus maximè probata fuit; quod ad recentes articulos, variaque alia Operi adæcta pertinet, id omne, tum ab ipsis quos citavit Auctor, Doctoribus excerptis, cùm ab aliis, qui suo ævo erant ignoti; Laudavimus præterea quamplurimos alios qui ex professo res easdem tractarunt, & quos hic non enumeramus, tædii levandi cauſa; id etiam fuit studium nostrum, ut, ne fieret confusio; Novi articuli cruce †, in Vocabulorum Indice designentur, variaque Additamenta quamplurimis aliis articulis sparsim in Opere inserta, in principio cruce † & in fine parenthesi] notentur. Ex supradictis quid aliud inferendum, nisi quod nunc iterum prodit in lucem Dictionarium, sic multò auctius, atque correctius, & quod, si ita loqui fas sit, Novum prorsus Opus valeat appellari.

Hæc te, *LECTOR*, monere voluimus, & cum nostra in his reficiendis opera; tuam semper utilitatem, tuumque respiciat commodum, dubium non est quin gratus & acceptus evadat Labor noster, votis succedat eventus. Vale,